

numquam valeant adhuc legata saltem ad causas pias per d. cta l. b. III. Tu. 27. de Testam. n. 164. item qui testamentum tanquam inofficiosum impugnatur, censetur dicere, quod testator quasi non sanæ mentis fuerit. l. 2. ff. de Insti. Testam. ibi: Hoc colore inofficioso testamento agitur; quasi non sanæ mentis fuerunt, qui testamenta ordinarent. consequenter sicut ad institutum heredem, sic etiam ad condenda legata inhabiles fuerint. Dynus loc. cit.

7 Procedit ulterius in instrumentis, ut qui aliquod impugnat, illud in favorem allegare non amplius possit cit. c. Cum olim de Censib. Idem est de impugnante testem: item de impugnante contractum tanquam invalidum.

8 Queritur II. An. & in quibus Regula XXXVIII. fallat? Resp. Eam fallere in sequentibus, & quidem primò, quando quis impugnationem rei usque ad sententiam definitivam non continuat, sed ante hanc ab illa voluntariè desistit. Glossa hic communiter recepta textu expresso l. Papianus. §. 14. ibi: Eadem auferitur, quod testamento datum est, qui usque ad sententiam Judicium lite improba perseveraverit. Ceterùm si ante sententiam desistit, vel decessit, non ei auferitur, quod datum est, juncta l. Alia §. C. de his quibus ut indig. cùm pœnitenti, & errorem agnoscenti venia non sit neganda. can. Quanto. §. cau. 2. q. 4. ibi: quia sicut in pertinacia persistentibus severos nos esse convenit, sic iterùm humilitatis & pœnitentibus negare locum venie non debemus.

9 Fallit secundò, si quis non suo, sed alieno nomine & ex officio, si que non plene liberè, sed quasi necessariò impugnat, uti tutor & curator nomine pupilli vel minoris; talis enim etiam ex illo, quod

impugnat, fructum pro se consequi, consequenter ex testamento v. g. sic impugnat, legata in illo sibi facta percipere valet. Gloss. cit. cum communi aliorum, textu claro l. Adversus. 38. ff. de Inoffic. Testam. ibi; Tutoribus, pupilli nomine, sine periculo ejus, quod Testamento datum est, agere possit de inofficioso testamento, Divi Severus & Antoninus reserpservunt. Concordat l. Cum quedam. 26. C. de admistr. Tu. Cùm non deceat alicui officium suum esse damnosum c. Cùm non deceat. 30. pr. de Elect. in 6. & ne assendum patiat, qui videtur premium meruisse. c. Pervenit. 2. de Fideiuss.

Fallit tertio, ubi non est eadem materia, vel Capitulum (ut Glossa ait hęc.) quod quis impugnat cum illo, ex quo etiam post impugnationem fructum consequi nitur. Nam licet quis sententiam ex uno capite impugnet, adhuc ex alio capite fructum percipere valet. arg. c. Ut lenon del et per inutile vitari. 37. de R. J. in 6. junctò c. Rogatus. 16. & c. Raynaldus. 18. de Testam. ubi sententia Judicis inferioris, à qua partes ambæ, quatenus contra se fuerat, appellaverant ad Papam, ex una parte confirmatur à Papa, si que profuit impugnantibus.

Fallit denique quarto, respectu tertii, ita ut licet quis ex eo, quod contra certum alique impugnavit, contra eundem fructum percipere, vel eadem re impugnat, & ex iure sibi competente contra tertium frui omnino possit. Pech. hic n. 5. eò quòd regulariter aliis non nocet res inter alios judicata c. Quatuor. 25. de Sentent. & re judic. cum Concordant.

REGULA XXXIX.

Cùm quid prohibetur, prohibentur omnia, quæ sequuntur ex illo.

SUMMARIUM.

- 1 Ponuntur Concordantiæ cum Regula.
- 2 Subsequentia ex prohibito, non item media ad illud, censetur prohibita.
- 3 Alia simpliciter tantum: alia etiam sub nullitate prohibentur.
- 4 Regula implicent duas habet partes: Ponitur verus utriusque sensus.
- 5 Declaratur Regula exemplis, & seqq.
- 6 De Jure non licet in quadragesima comedere Lulcinia.
- 7 Prohibita alienatione prohibetur omnis species & subsequentia.
- 8 Existente nullo matrimonio nulla etiam Jura ex eo sequentia.
- 9 Omnes contractus civiles prohibiti etiam ipso jure sunt nulli.
- 10 Fundus dotalis vendi non potest.
- 11 Ex contractu prohibito nulla est etiam translatio domini.
- 12 Quando aliquid conceditur, conceduntur omnia, quæ spectant ad illud.

Cum hac Regula concordare videntur Reg. 42. de Reg. Jur. in 6. ibi: Accessorium naturam sequi congruit principali, sicut & illud commune: conexorum eadem est ratio: si ve: quod de uno conexorum statuitur, ad alia quoque conexorum

di debet. c. Translato. 3. de Constitut. junctà Glossa ibidem.

Addit Vivianus hic cum Regula concordare etiam illud, quod pro quasi Regula habetur l. Oratio. 16. ff. de Spons. l. junctò Summario ibidem. Cùm aliquid prohibetur, videtur etiam esse omne illud prohibendum, per quod pervenitur ad illud. Verùm displicet hæc concordantia Dyno hic n. 1. Strein n. 1. ac alii. Et merito? quia per nostram Regulam prohibetur consequentia ex principali prohibito; per textum l. Oratio. aut m prohibentur solum media ad consequendum prohibendum, uti consideranti patet.

Queritur I. Quomodo Regula intelligenda? & quis verus illius sensus sit? Ante responsum Notandum, in Jure subinde aliqua tanquam minus honesta, minusque licita simpliciter tantum prohiberi, non autem simul annullari, seu non prohiberi sub nullitate; de quibus verificatur illud. c. Ad Apostolicam. 16. de Regular. Multa fieri prohibentur, quæ si facta fuerint, roboris obtinent firmitatem: prout res se habet in Matrimonio v. g. utpote quod sine denuntiationibus prævis, aut certis temporibus fieri prohibetur quidem, & tamen si absque illis, & tempore prohibito celebratur, validum existit juxta dicta lib. IV. Tit. 3. de Clandest. despons. n. 15. Aliqua verò non tantum simpliciter prohiberi sed etiam simul annullari, seu sub nullitate inhiberi: cuiusmodi sunt Matrimonia cum impedimento dirimente contracta, quia non tantum simpliciter, sed etiam sub nullitate prohibentur, indeque non solum illicita, sed etiam invalida sunt, juxta dicta Lib. IV. Tit. 1. de Spons. & Matrim. §. 9. Hęc notat, Resp. Hęc Regula non tantum de iis, quæ simpliciter

ter, sed etiam de illis, quæ sub nullitate prohibentur, intelligenda est: ut proinde duas implicite contineat partes, & quævis in suo, si que ambæ sub diverso sensu intelligendæ veniant. Et quidem genuinus ac verus Regule sensus quoad primam partem de simpliciter tantum prohibitis sequens est: Quando aliquid simpliciter duntaxat tanquam minus honestum, minusque licitum absque nullitate prohibetur, simpliciter prohibita quoque, si que illicitas non item invalida censetur omnia ea, quæ ex principali prohibito propter necessariam connexionem & dependentiam ordinari sequuntur, saltem si eadem de his, uti de illo militat ratio. Quoad secundam verò partem verus Regule sensus hic est: Quando aliquid non tantum simpliciter ut illicitum, sed etiam sub nullitate, seu per legem annullantem prohibetur, similiter prohibita, si que illicita simul & invalida censetur, quæ ob necessariam connexionem & dependentiam ex principali prohibito sequuntur. Tacite hic n. 2. Ratio utriusque partis ex mutua connexionem & dependentia desumitur; conexorum enim eadem est ratio: si ve quod de uno conexorum statuitur, ad alia quoque conexa extenditur juxta dicta num. 1. arg. c. Translato 3. de Constitut. Et quæ ex aliquo sequuntur, accessoria illius sunt: Accessorium autem naturam sequi congruit principali juxta pariter jam citatam Regulam 42. Jur. in 6.

Declaratur prima Regule pars amplius, & firmatur exemplis per Glossam adductis: sic enim ex eo, quòd prohibitum sit in Quadragesima comedere carnes, prohibita etiam censentur omnia, quæ ex se mentina trahunt originem carnis, hæc videlicet, ova, caseus, &c. can. Denique 6. dist. 4. ibi: Par autem est, ut quibus diebus à carne animalium abstinentus, ab omnibus quoque, quæ semeni nam carnis trahunt originem, jejunemus, à lacte videlicet, caseo & ovis; intellige, nisi alicubi legitime præscripta habeatur continentio, uti in Germania, ubi vi consuetudinis lactentia licite comeduntur, licet in plurimis aliis Catholicis Regnis ac Provinciis dicta prohibitiò strictè observetur, indeque Regula in illis locum habeat.

Sic pariter, dum concupiscentia prohibetur, prohibentur omnia mala inde oriunda c. Nam. 4. de Constitut. ibi: Hoc enim legit Apostolus generale, unde omnia mala oriuntur; bona est ergo lex, quæ dum hoc prohibet, omnia prohibet. Sic etiam dum prohibetur Mœchia, prohibitus censetur omnis illicitus concubitus can. Meretrices. 11. cau. 32. q. 4. ibi: Profectò nomine Mœchie omnis illicitus concubitus, atque illorum membrorum non legitimus usus prohibitus debet intelligi.

Secunda pars Regule, quæ præter rationem & Jura allegata specialiter etiam in illo claro Juris textu n. 9. adducendo firmatur l. Non dubium. §. C. de Legibus. declarat etiam exemplis: sic enim quia alienatio rerum Ecclesiasticarum sine debita solemnitate non tantum simpliciter, sed etiam sub nullitate est prohibita per dicta Lib. III. Tit. 13. de Rebus Eccles. alien. quævis etiam donatio, venditio, & similia sub nullitate censetur prohibita una cum connexionis & subsequentibus ex illis, quæ sunt traditio, dominium, Dynus hic n. 4. addens, Prælatum vel œconomum propterea admitti ad vindicationem rei alienatæ. l. Jubemus. 14. C. de Sacros. Eccles.

Sic ulterius, quæ Matrimonium cum dirimente impedimento contrahere, lege annullante & irritante, prohibetur, ut nulla enim censetur prohibita alias consequentia ex matrimonio, v. g. ius petendi debi. un conjugale, jus percipiendi fructus dotis, jus agendi uxorio nomine: &c. sicut insuper, quia sub nullitate etiam in matrimonio legitimo pro-

hibita est venditio fundi dotalis. l. Rem in præsent. §. Et cùm Lex. 15. C. de R. i. uxor. act. etiam traditio & dominium, quæ aliàs ex venditione sequuntur, nulla sunt. Dyn. hic n. 4. Insit. quibus modis ali. n. licet.

Sic universaliter omnia ex contractibus sub nullitate prohibitis subsequentia, nulla quoque & irrita sunt Ubi specialissimè notandum, omnes & singulos contractus civiles, qui Jure Civili simpliciter tantum prohibentur, censeri etiam sub nullitate prohibita, etsi annullatio & irritatio contractus expressè non addatur, textu claro, & per extensum rellatu certè d. gno. l. Non dubium. §. C. de Legibus. ibi: Nullum enim pactum, nullam conventionem, nullum contractum inter eos videri volumus secutum, qui contrahunt lege contrahere prohibente: quod ad omnes etiam legum interpretationes tam veteres, quam novellas trohi generaliter imperamus; ut legislatori, quod fieri non vult, tantum prohibuisse sufficiat, cæteraque quasi expressè ex legis licet voluntate colligere, hoc est, ut ea, quæ lege fieri prohibentur, si facta fuerint, non solum inuita, sed pro infectis etiam habeantur, licet legislator fieri prohibuerit tantum, nec specialiter dixerit, inuitè esse debere, quod factum est: sed & si quid fuerit subsequentum ex eo, vel ob id, quòd interdicente lege, factum est, illud quoque cassum, atque inuitè esse præcipimus. Ex quo inferitur, in contractibus civilibus nunquam verificari illud Juri canonico insertum, c. Ad Apostolicam. 16. de Regular. Multa fieri prohibentur, quæ si facta fuerint, roboris obtinent firmitatem. Quod bene notandum.

Nec valet obicere l. Penult. ff. de Fund. dotal. ubi licet aliàs prohibita habeatur & nulla sit venditio fundi dotalis: facta tamen traditione, dominium transfertur; quod idem dicitur l. Cùm vir prædium. 42. ff. de Usucap. ergo subsecuta ex prohibito & nullo valet. Resp. enim, præsentis leges, uti legenti patet, loqui de valore domini solutò matrimonio, ubi fundus dotalis non amplius habet rationem dotis, sed ex hæreditate vel alio titulo evadit propria mariti; prout etiam res se habet in venditione rei furtivæ, si fur sit hæres domini. cit. l. Cùm vir prædium. ibi, Cùm vir prædium vendidit scienti, vel ignorantis, rem dotis esse, venditio non valet: quam defuncta postea muliere confirmari convenit, si tota dos lucrò mariti cessit, Item Juris est, cùm is, qui rem furtivam vendidit, postea Dominus hæres existit.

Neque obstat l. Et elegantior. 7. ff. de Dolo malo. ubi habetur, quòd ex contractu prohibito fieri possit translatio domini. Resp. enim cum Baldo apud Peck hic, translationem domini non fieri ex vi contractus prohibiti, tanquam ex causa immediata ac principali, sed ex voluntate domini tradentis, qui etiam ex contractu in sui favorem invalido iterò potest transferre dominium rei suæ in alterum.

Cæterum bene ad propositum Regule nostræ: Cùm quid prohibetur, prohibentur omnia, quæ sequuntur ex illo: Subjungit Barb. aliam Regulam contra veram: Quando aliquid conceditur, conceduntur omnia, quæ spectant ad illud. l. 2. ff. de Jurisdic. ibi: Cui Jurisdic. data est, ea quoque concessa esse videntur, sine quibus Jurisdic. explicari non potest. & c. Præterea. §. de Offic. del. g. ubi dicitur, quòd facta alicui delegatione cause, censetur eadem etiam concessa potestas citandi & condemnandi contumacem; Ratio apponitur ibi: Quia ex eo, quòd causa sibi committitur, super omnibus, quæ ad causam ipsam spectare noscuntur, plenariam recipit potestatem.

REGULA XL.

Pluralis locutio, duorum numero est contenta.

SUMMARIUM.

- 1 Regula unde desumpta?
- 2 Duo faciunt numerum pluralem.
- 3 Verus Regule sensus.
- 4 Ordinariè ferè in cunctis duo testes sufficiunt.
- 5 Dispensatus ad plura beneficia non nisi duo obtinere potest.
- 6 Verba in diebus, vel annis verificantur in duobus.
- 7 Jus Patronatus duobus presentationibus probatur.
- 8 Legatum pauperibus factum in duobus salvatur.
- 9 Numerus pluralis undè duntaxat non salvatur. Olim non nisi coram duobus saltem presentibus Missa celebrari poterat.
- 10 Verbum liberi etiam in una prole verificatur.
- 11 Cur Principes & Prælati utantur verbò Nost.
- 12 Fallit Regula, quando Jura, ad verificandum numerum, plura quàm duo expressè requirunt. & seq.

Desumitur hæc ex l. Ubi numerus. 12. ff. de Testib. ibi: Ubi numerus testium non adicitur, etiam duo sufficiunt, pluralis enim locutio duorum numero est contenta. & can. Si testes. 3. cau. 4. q. 3. ubi eadem referuntur verba.

Quæritur I. Quomodo hæc Regula intelligenda? & quis verus illius sensus sit? Resp. I. Per hæc Regulam à plurali numero non excludi majorem duobus numerum, sed illud duntaxat indicari, quòd si abque determinatione numeri plura ad contractum aliquem vel quid aliud requiruntur, aut plura indistinctè conceduntur, donantur permittuntur, aut in dispositione aliqua pluries dicatur, numerus duorum sufficit, nisi Jura majorem numerum ad rem, de qua agitur, expressè requirant. Hinc

Reip. II. Verus Regule sensus hic est: Quandoque in Leges, Statuta, Rescripto, Instrumento, vel quacunque alia dispositione terminus pluralis, plures, plura, pluries &c. indistinctè ponitur, requiritur, & sufficit numerus dualis, seu duorum, nisi majorem numerum Jura expressè requirant. Rationem bene assignat Vivianus hic, quia exclusio unius est inclusio alterius. arg. l. Cum Prætor. 12. ff. de Judicis. Hinc quoniam numerus singularis non salvatur, nisi in uno. Glossa hic: & in can. Sufficit de Consecrat. dist. 1. idèo si plures ordinati sunt duo, addit. hi numerum pluralem efficiunt, qui tamen saltem duo ad talem numerum pluralem requiruntur. c. an. Hoc quoque. 61. dist. 1. de Consecrat.

4 Declaratur Regula exemplis: sic imprimis universaliter, ubi ad valorem actûs cujuscunque plures testes indistinctè requiruntur, sufficiunt duo, textu claro cit. l. Ubi numerus. 12. ff. de Testib. & can. Si testes. 3. cau. 4. q. 3. prout etiam Glossa hic observat, ad causas & instrumenta regulariter sufficere duos testes, semper subaudi, nisi aliter in Jure expressè disponatur.

5 Sic in specie, si Papa cum aliquo dispensatus quòd possit habere plura beneficia, & aliud non exprimit, illa pluralitas non nisi de duobus beneficiis, & quidem non curatis intelligi debet. c. Is, cui 19. de Præbend. in 6. Tum quia ista pluralitas in duobus verificatur: tum quia hæc dispensatio tanquam Juri contraria est odiosa, consequenter restringenda per Reg. Oloja restringi & c. 15. de Reg. Jur. in 6. præsertim cum alias in obscuris minimam sit sequendam. c. In obscuris, 30. de R. J.

Sic uteris si Testator in suo testamento disponat, ut in diebus aliquod certum fiat, intra biduum impleri debet, textu expresso l. Inter illam. 217. ff. de Verb. Sign. ibi: Item ita data conditio: illud facito in diebus: si nil præterea fuisset adjectum, in biduo conditionem impleri oportet. Sicut etiam, si servo legatur libertas post annos, de duobus intelligi debet. l. Libertas. 17. §. 3. ff. de Manumiss. Testam. Ratio utriusque est, quia tam dierum, quàm annorum pluralis indistinctè expressio duorum numero verificatur per Jura citata.

Sic rursus Ordinationi Concilii Tridentini Sess. 7. 25. de Reform. cap. 9. quòd probatio Juris patronatus ex multiplicatis presentationibus fieri debeat, satisficit allegando, & probando duas. Barb. de Offic. & Potest. Episc. p. 3. alleg. 72. n. 4.

Item si legatur certa pecunie quantitas pauperibus distribuenda, satisficere executorum, si eam quantitatem totam duobus tantum pauperibus distribuatur, ex Regula nostra docet Tacchin. hic. n. 8. Diana p. 10. tract. 11. Resolut. 19.

Dicitur notanter in Regula: duorum numerus requiritur & sufficit, quia ad verificationem termini numerum pluralem significantis, sicut duo sufficiunt sic etiam saltem duo necessariò exiguntur, ita, ut in uno solo numerus pluralis non salvetur juxta communem DD. can. Hoc quoque. 61. dist. 1. de Consecrat. ubi propterea ab antiquo prohibito perhibet, coram uno solo Missam celebrare; cum in tali verificari non videantur verba Missæ ploralem numerum indicantia: Dominus vobiscum, & Orate fratres. Verba prælati can. sic sonant: Hoc quoque statutum est, ut nullus Presbyterorum Missarum solemniter celebrare præsumat, nisi duobus presentibus, sibi que respondentibus ipse tertius habeatur; quia, cum pluraliter ab eo dicitur, Dominus vobiscum, & illud in secreto, orate pro me, aptissime convenit, ut ipsius respondeatur salutationi. Quod tamen statutum hodie non amplius servatur, quia pluralis locutio Sacerdotis ad totam Ecclesiam, omnes Christi fideles complectentem, dirigi censetur, cujus nomine unus Ministrans sufficienter respondere videtur.

Cæterum præfata doctrinæ non obest communiter obijci solita. l. Non est 148. ff. de Verb. Significat. ibi: Non est sine liberis, cui vel unus filius, unave filia est: Non obstat, inquam, quia terminus Liberi caret singulari, & idèo semper in plurali profertur, prout lex ipsa afferendo rationem satis declarat statim subjungens: Hoc enim enuntiatio, habet liberos, non habet liberos, semper pluralivo numero profertur.

Pariter non obstat loquendi modus Principibus, & Prælati consuevus, quòd una persona plurali numero exprimitur, Nos, Nostri, Nostra, Vos, Vestri &c. quia per verba hæc Majestatem, Authoritatem & dignitatem, qua pluribus æquivalere, ac prætere majori respectu, reverentià ac honore digni esse censentur, aliis indicare, indeque juxta antiquam consuetudinem quis suam personam ipsemet in plurali exprimeret, & ab aliis pari modo appellari voluit.

Quæritur II. An etiam, & in quibus fallat Regula? Resp. Eam universaliter fallere in iis, in quibus ex speciali dispositione legis ad verificandam pluralitatem, indistinctè positam, major, quàm dualis

Regula XLI. Imputari non debet ei, &c.

dualis, numerus requiritur: prout fit per l. i. ff. de optione & electione leg. ubi Divus Pius Cæcilio Proculo rescriptis eum, cui indistinctè servorum legata est electio, tres posse eligere: consequenter locutionem pluralem numerò duorum non esse contentam.

13 Fallit universaliter 2. quando leges ad valorem actûs certum numerum duobus majorem requirunt, uti ad codicillum 5. ad Testamentum 7. requiruntur testes per dicta lib. III. Tit. 26. de Testamentis.

14 Fallit e contra 3. & ad verificandam pluralitatem

positam sufficit etiam unum, quando leges ita volunt & declarant, uti fit in termino liberi juxta dicta n. 9. & in casu, quò plures servi legantur, ac interea usque ad unum distrahuntur, salvatur adhuc legatum pluraliter factum in unico superflite. l. Falisa. 33. ff. de Conditione & Demonstrat. ibi: Si quis ita scripserit, Stichum & Pompiliatum Titio do lego, si mei erunt, cum moriar, & unum ex his alienaverit, an vel alter à legatario possit vindicari? Placet vindicari: nam hunc sermonem, licet pluralis sit, pro eo oportet accipi, atque si separatim dixisset; Stichum, si meus erit, si moriar.

REGULA XLI.

Imputari non debet ei, per quem non fiat, si non faciat, quod per eum fuerat faciendum.

SUMMARIUM.

- 1 Regula unde desumpta?
- 2 Ponitur verus sensus Regule.
- 3 Nemo puniri, aut jure suo privari debet sine culpa. Ibid.
- 3 Impeditum debet probari.
- 4 Impeditus intra annum suscipere Sacerdotium, non perdit Parochiam.
- 5 Stante impedimento non censetur appellatio deserta.
- 6 Canonici intra tres menses eligere impediti non privantur Jure eligendi.
- 7 Clerici a groto non præstantes officium tamen percipiunt fructus.
- 8 Sicut etiam integrum Salarium annuum, laborare impediti Consiliarii, Officiales, Advocati &c.
- 9 Nisi aliter tacite vel expressè sit conventum.
- 10 Legitimè impeditus cessante impedimento illico prestare tenetur debitum.
- 11 Fallit Regula universaliter, quando impedimentum ex propria culpa contrahitur.
- 12 Intellige, si hæc studii sui ordinata ad contrahendum impedimentum.
- 13 Secus si ad illud ordinata non fuit.
- 14 Fallit in Patrono Ecclesiæ intra tempus debitum presentare impedito.

Regula desumitur ex c. Quia diversitatem 5. de Censur. Præbend. & concordant Reg. 6. de R. J. in 6. Nemo potest ad impossibile obligari: & R. g. 66. eod. Cum non sicut per eum, ad quem perinet, quò minus conditio implendus haberi debet perinde, ac si impleta fuisset.

2 Quæritur I. Quomodo hæc Regula intelligenda? quis finis illius, & verus ejusdem sensus sit? Resp. finem hujus Regule esse, quemvis salvare à pœna, & damno in casu, quò legitimè impeditus non facit, quòd alias facere debuisset, ut proin verus illius sensus sit sequens: Qui legitimè impeditus non facit, quòd ad hæc facere debet, propterea nec pœnam, nec damnum senti debet. Ratio est, tum quia jura jam dicta. Nemo potest ad impossibile obligari: cit. R. g. 6. Nemo. Tum quia sine culpa nemo debet puniri, nec jure suo privari, vel damno affici arg. c. Sine culpa. 22. h. t. in 6.

3 Quoniam verò impedimentum in facto consistit, facere debitum omittens, probare debet faciendi impedimentum, finitque docere, à se sufficientem adhibuit fuisse diligentiam, quâ tolleretur impedimentum: nisi aliunde satis constet Menoch. de Arbit. lib. 2. cent. 2. casu 118. Sirein. hic. n. 2. ubi inter alia etiam sequentia adducit impedimenta, veluti gravem morbum, captivitatem, æris infectio-nem, inundationes, aut alia gravia pericula viarum,

mortem parentum, defectus rerum necessariarum ad iter, bellum, causam republicæ, violentiam detentionem &c.

Declaratur Regula exemplis Juris per Gloss. adductis hic; sic enim licet non Sacerdos ad Ecclesiam Parochialem prout otus intra annum sub pœna amissionis Parochiæ ad præter suscipere teneatur Ordinem Sacerdotalem; c. 15. de Elect. in 6. tamen ab hac pœna immunis est, si sufficienter probat, se legitime fuisse impeditum v. g. propter absentiam, suspensionem, aut gravem morbum Episcopi Ordinem præfatum anò conferre non valentis cit. c. Commissarius 5. de Elect. in 6. ibi: Annus autem hujusmodi ubi non currit, si promoveri justò impedimento detentus intra tempus hujusmodi nequivisti.

Sic etiam licet, si quis à sententia appellat appellatorem intra annum prout equi teneatur c. Cum sit 5. de Appellat. tamen in præjudicium illius non censetur appellatio deserta si impedimentum intra annum id faciendi per se pateat, aut probetur. c. Ex ratione. 8. de Appellat. ibi: dummodo professionem i. s. per impostantiam vos consulerit omisisse.

Sic pariter quemvis sub pœna devolutionis electio fieri debet intra tres menses c. Ne pro defectu. 41. de Elect. tamen etiam post tres menses adhuc possunt Canonici, si impedimentum intra tres menses eligendi sufficenter probant. cit. c. Ne pro defectu. ibi: Itra quos, scilicet tres menses (si sibi impedimentum cessante) si electio celebrata non fuerit, qui eligere dixerant, eligendi potestate careant ea vice.

Sic rursus licet beneficium detur propter officium seu sacrum ministerium, & hoc Beneficiatus prestare teneatur c. fin. de Rescriptis, & hoc Beneficiatus & fructus illius non perdit, si infirmitate impeditus incumbens aliàs debitum sacrum ministerium non peragit c. 1. de Clerico a groto.

Sic ulterius de annuo Salaris nil detrahi potest, sed integra debentur Consiliariis, Officialibus Advocatis; & si illa in antecessam jam acciperunt, nil amplius rest tueri tenentur dicit Consiliarii, Advocati &c. quamvis nil operentur & laborent, si per eos non fiat, quò minus operas & labores aliàs incumbentes peragant v. g. si Professor publicus tempore belli vel pestis non docet, Consiliarii consilia non frequentant, officiales nil laborant: vel si Advocati ex defectu litigiæ causæ nullam officium exhibent. Gail. lib. I. Observ. 44. n. 12. Sirein. hic. n. 1. arg. l. fin. c. de cond. causâ datâ. & textu satis claro l. qui operas. 18. ff. locati. ibi: Qui operas suas locavit, totius temporis mercedem accipere debet, si per eum non fiat, quò minus operas præstet Advocati quoque, si per eos non steterit, quò minus causam agant, honoraria reddere non debent. jurat. l. 1. §. Divus Servus. 13. ff. de Extraord. Cognit. ibi: Di-

Divus Severus ab heredibus Advocati, mortuo eo, prohibuit, mercedem repositi, quia per eum non steterat: quod minus causam ageret.

9 Quam tamen doctrinam praecedentis numeri merito cum aliis limitat Gail. si expressa vel tacita adfit conventio de dando salario aut mercede, quando & quamdiu operas vel labores conductus quis praestit. Adeffe autem censetur tacita hujusmodi conventio ibi, ubi ita habetur Patriae consuetudo, qualis saltem in his partibus vigere videtur respectu operariorum diurnorum, fabrorum lignariorum, aliorumque artificum, utpote quibus non laborantibus nil datur, vel non nisi tantum, quantum laborant, etiamsi abique omni sua culpa legitime impediti existant, sique per eos non fiet, quod minus operas & labores praestent; Quod idem de famulis & famularibus domesticis dicitur aegrotantibus passim observari videmus, docetque de his ultimis Covarr. lib. 3. Var. Resolut. cap. 13. n. 8. Dian. p. 1. tr. 8. Resolut. 86. & alii apud eundem. Dum econtra circa Consiliarios, Officiales, & alios annua salaria habentes contraria, ea videlicet cernitur consuetudo, quod morbo etiam diuturniori, vel aliis subinde legitime impeditis, quod minus debitis ex officio labores peragant, integra annua praebentur salaria.

10 Illud tamen universaliter haec observandum cum Vivian. hic, quod, etsi legitime impeditus, quod minus faciat, quod ad certum tempus facere deberet, non imputetur ad poenam vel damnum, tamen cessante impedimento postea debeat id facere, quam citius poterit. arg. c. Cum dilecti. 7. de Dolo & contum. ubi Summarius sic habet; Citatus ad totam causam certo tempore ad comparandum assignato, tenetur comparere in termino: & dato impedimento in termino, dehis comparere quam citius poterit, post terminum, alias condemnabitur in expensis ad tempore citationis emissa. Hinc non Sacerdos adeptus Parochiam, etsi legitime impeditus, quod minus juxta praescriptum Canonum intra annum recipiat Ordinem Sacerdotalem, non perdat Parochiam secundum dicta n. 4. Tamen cessante impedimento eum recipere debet, quam citius poterit.

11 Queritur II. An & in quibus Regula XLI. fallat? Resp. Eam juxta Gloss. hic universaliter fallere, quando quis sua culpa contrahit impedimentum,

vel incidit in casum, propter quem facere non potuit, quod facere tenetur; tunc enim ei imputatur; cum regulariter loquendo quis tenetur de casu, qui sequitur culpam. can. Sape. 50. dist. 50. & con. Stud. deat. ibid. cu n concordat a Glossa citatis.

Verum hanc Fallentiam Vivianus hic cum Franc. 12 & aliis merito limitat ad illas dumtaxat culpas, quae verisimiliter studii aut dolo ordinate sunt ad casum finitum, vel impedimentum incurrendum, prout casus similis habetur in Clement. Multorum. 2. §. Illis. de Penis. ubi Reus studio & dolo se procuravit, ut detineretur in carcere, ne deberet in iudicio comparere, cui impedimentum affectum, & dolo se procuratum non profuit, quin poena legis incurreret, & pro contumaci haberetur: cum fraus & dolo nullo parociano debeat. c. Ex parte. 16. de Rescriptis.

13 Scitis de illis culpis, quae ad impedimentum obtinendum nullatenus ordinate apparent; quia fecerunt ex his, utpote nec affectum, nec dolo se procuratum, impedimentum a poena & damno immunitatem reddit: ut proin, etsi Clericus v. g. sua culpabili intemperantia contrahat infirmitatem, qua impeditur ad praestandum officio, tamen fructus beneficii percipiat. Idem dicit de Consiliariis & Officialibus ex propria simili culpa, ad impedimentum obtinendum non ordinata, & tamen illud contrahentibus. arg. c. quia diversitatis. 5. de Concess. praeb. ubi ob suspensionem pro legitime impedito habetur, etsi fuerit sua culpa suspensus, juxta l. Verum. 39. ff. de Furis. ubi habetur, cum, qui libidinis causa fores meretricis effregit, indeque causa fuit, quod fures ab eo non inducunt, sed alius ingressi, meretricis res egresserunt, furi non tenentur; quia effractio officii ad factum non erat ordinata. cum Concord. a Glossa cit. hic.

14 Fallit autem specialiter secundum in Patrono, qui ob litem super Jure Patronatus actu durante legitime impeditus intra quadrimestre non praesentat; cum non obstant hujusmodi legitimo impedimento, pro ea vice privetur jure praesentandi, illudque devolvatur ad Ordinarium: textu expresso c. Quoniam. 3. in fine. & c. Cum propter. 27. de Jur. Patron. quod contra communem Juris Regulam merito statuit Ecclesia favore Ecclesiarum, quibus longior beneficii vacatio damnosa, & animabus periculosa censetur. c. Ne pro defectu. 41. de Ecol.

REGULA XLII.

Accessorium naturam sequi congruit principalis.

SUMMARIUM.

- 1 Regula unde desumpta?
- 2 Quid datur Principale, quid Accessorium?
- 3 Accessorium quadrupliciter quid esse potest.
- 4 Regula procedit, sive de inducendo, tollendo, vel confirmando principali agatur.
- 5 Ponitur verus sensus Regulae.
- 6 Accessorium sequitur naturam Principalis, & quare? Ibid.
- 7 Commissa causa, commissi censentur requisita ad eam.
- 8 Qui cognoscit de Matrimonio, etiam de dote tanquam accessorio cognoscit.
- 9 Etiam in privilegiis corruente principali, corruunt accessoria.
- 10 Vendit pro dote venditur etiam aquae ductus eidem inestens.
- 11 Testamentum minus solemne inter liberos vel ad alias causas validum, facit ut valeant etiam legata profana.

- Inv. lilo existente Testamento paterno, invalida etiam est substitutio pupillaris. Ibid.
- Legata domo censentur etiam legatus hortus cohaerens. ibid.
- 11 Fallit Regula, quando in principali, & accessorio diversa reperitur ratio.
- Usure jurate solvi, sed iterum restitui debent, ibid.
- 12 Testamento invalido inserta legata pia valent.
- 13 Sublato principali non tollitur accessorium, quod se solo potest subsistere.
- 14 Solutio quoad horum matrimonio manet dos apud partem innocentem.
- 15 Testamentum ob praerogationem existentem nullum, valent legata.
- 16 Fidejussor pupilli obligatur, etsi pupillus non sit obligatus.
- 17 Accessorium sequitur naturam principalis, etsi illud pretiosius sit isto.
- 18 Nisi sit summe arduum, de quo non cogitasse disponentem presumitur.

Famo-

1 T Amosa, & in praxi saepe occurrentis haec Regula desumpta habetur ex l. Nil dolo. 29. ff. de Reg. Jur. ibi: Cum principalis causa non consistit, ne ea quidem, quae sequuntur, locum habent & l. Cum principalis. 178. ff. eod. ibi: Cum principalis causa non consistat, perurumque ne ea quidem, quae sequuntur, locum habent, cui concordat l. 2. ff. de Pecul. legato. ibi: Nam quae accessorium locum habent, extinguuntur, cum principales res perceptae fuerint.

2 Queritur I. Quomodo Regula intelligenda? & quis verus illius sensus sit? Ante responsum Praenotandum quid per Principale, & quid per Accessorium intelligatur. Principale ad propositum illud vocatur, quod est praecipuum in re, & quasi causa, seu fundamentum illius, quod accedit & rein. hic n. 1. vel ut Barb. hic n. 11. vult: Principale est, quod per se stat, seu propria sua virtute subsistit; Accessorium vero quod per se non subsistit, sed vel ex natura rei, vel ex dispositione legis vel ex partium conventionione dependet ab alio, cui tanquam principali inest, vel accedit, aut comitatur illud Tacit. hic n. 1.

3 Observat autem hic Barb. n. 12. quadrupliciter posse aliquid esse accessorium alterius: Primo, ut sine illo res principalis nulla, vel inutilis reddatur. 2. Si ita rei inest, ut portio & pars illius reddatur. 3. Quia ex natura rei, vel dispositio legis, vel partium conventionione temper legitur, & comitatur aliud. 4. Quia ab alio dependet tanquam effectus a causa. His praenotatis.

4 Resp. I. Regula intelligenda est, & subsistit sive agatur de Principali inducendo, sive tollendo, sive confirmando; semper enim verum manet, quod Accessorium sequatur naturam Principalis, ita, ut cum hoc etiam illud inducatur, tollatur, & confirmetur; Et quidem de inducendo probatur ex c. Si super gratia. 9. de Offic. deleg. in 6. De tollendo patet ex c. l. 2. ff. de Pecul. legato. ibi: Nam quae accessorium locum obtinent, extinguuntur, cum principales res perceptae fuerint. cum Concord. a Dyro citatis. De confirmando constat ex jam cit. c. Si super gratia. 9. de Officio delegat. in 6. Hinc.

5 Resp. II. Verus Regulae sensus hic est: Tanta est dependentia Accessorii a Principali, ut, regulariter loquendo, inducitur, concessio, prohibitio, annullatio, sublatio, vel confirmatio principalis, inducitur, concessio, prohibitio, annullatio, sublatio, vel confirmatio etiam censetur accessorium. Dicitur: Regulariter: conformiter citate Regulae 178. ff. de Reg. Jur. ubi adhibetur terminus plerumque; quia, ut infra patebit, Regula patitur tunc fallentis. Ratio Regulae est; tum, quia Accessorium est connexum & adhaerens principali: connexorum autem eadem est ratio, idemque iudicium. c. Translato. 3. de Constit. Tum quia magis dignum trahit ad se minus dignum arg. c. quod in dubiis. 3. de Consecrat. Eccles. Principale autem regulariter loquendo est praecipuum, & magis dignum. arg. §. Si quis in aliena. 34. Instit. de Rerum div. Porro haec Regula valde late patet, ita ut ferè ubique procedat, praeter in Legibus & Rescriptis, in Contractibus, in ultimis voluntatibus, in Privilegiis, in matrimonio &c.

6 Declaratur Regula exemplis Juris, & quidem in primis de Legibus Rescriptis ac Judiciis; quando enim alicui delegatur causa, delegata quoque censentur accessoria necessaria requisita ad eam, v. g. citatio, contumaciae declaratio, testium examinatio &c. c. Praeterea. 5. de Offic. deleg. ibi: Quia ex eo, quod causa sibi committitur, super omnibus, quae ad causam ipsam spectare noscuntur, plenarium recipit potestatem. juxta c. Prid. n. 21. ibid. §. 3. xtra nobis, ad fin. ibi: Explorati siquidem juris existit, ut delegatis Judiciibus, quibus principale committitur, & accessorium committatur.

Reissenfual Jus Can. Tom. VI.

Sic in specie, quando causa matrimonii delegatur, delegatus de dote quoque, tanquam aliquo accessorio, restituenda cognoscere, & Intentione valeat. c. de Prudentia. 3. de Donat. inter virum & uxorem. ibi: Quia gigitur vos qui de Matrimonio principaliter cognovistis, & de dote (qua est causa incidentis) accessorie cognoscere valuistis. & Sententialiter definire. Et universaliter quando aliquid per legem praecipitur vel prohibetur, praecipia quoque vel prohibita censentur accessoria, id est, ei necessarii connexa & adhaerentia.

Sic in Privilegiis, quando principale non subsistit, nec accessoria subsistunt. c. Inter dilectos. 6. §. fin. cum ergo. de fide Instrum. ibi: Cum ergo Privilegium Henrici confirmatorium tantum existeret solum quod illa, quae ad eum sunt in iudicium, si principale non tenent, nec accessorium, quod ex eo, vel ob id dignescitur esse secutum.

Sic in contractibus, quando venditur praedium, cui inest aquaeductus, jus aquae eum, & fusu & per quas aqua transit, tanquam accessoria vendita, & emptoris esse censentur. l. Si aquaeductus. 47. ff. de contrah. empt. ibi: Si aquaeductus debetur praedio, sius aquae transit ad emptorem, etiam si nil dicitur sit: sicut & ipsa fissa, per quas aqua ducitur. Sic econtra universaliter in omni contractu si principalis obligatio non subsistit, nec fidejussoria tanquam accessoria ligat. l. Si quis. 37. ff. de Fidejuss. & Mandat. ibi: Si quis postquam tempore in iudicio liberatus est, si fidejussorem dederit, fidejussor non tenetur, quoniam erroris fidejussio nulla est.

Sic in Testamentis; nam testamentum inter liberos minus solemne validum, valet etiam quoad legata extranea inserta juxta d. d. & proba a Lib. III. Tit. 26. de Testam. §. 7. n. 204. sicut etiam Testamentum minus solemne, validum tamen ad pias causas, valet quoad legata profana, prout dicitur & probatum habetur cit. Lib. III. Tit. 26. §. 6. a num. 16. & quidem utriusque ob hanc Regulam, videlicet quia Accessorium naturam sequi congruit principalis: cujusmodi principale ad propositum est Testamentum, & legata sunt accessorium. Ob quam rationem etiam non valet substitutio pupillaris, si invalidum est testamentum paternum. §. Liberis autem. 5. Instit. de Pupill. substit. i: Nam pupillare Testamentum pars & sequela est paterni testamenti, adeo ut si patris testamentum non valet, nec filii quidem valebit. Dum econtra, quando quis domum legat, cui pro majori commoditate hortus vicinus compositus existit, legata don d etiam hortus, tanquam quod id accessorium, legatus censetur. l. Praedictis. 91. §. 5. ff. de Legat. III. ibi: Qui domum possidebat, hortum vicinum adibus comparavit, ac postea domum legavit: si hortum domus causis comparavit, ut amantorem domum, & salubriorem possideret, adiunxitque in eum per domum habitum, & aditum hortus additamentum fuit, domus legata continebatur. Plura exempla Juris vide apud Gloss. hic.

Queritur II. An & quas fallentias patitur Regula nostra? Resp. Eam in pluribus fallere; & quidem primo, quando in principali & accessorio non eadem, sed diversa reperitur ratio. Abbas in c. Debitores de Jur. n. 2. Sanch. lib. 7. de Matrim. disp. 29. n. 11. Hinc etsi principale obligatio solvendi iuras sit nulla, tamen si juramento firmata est, accessorium juramentum servandum erit: textu expresso c. Debitores 6. de Jur. ibi: Debitores ad solvendas usuras, in quibus se obligaverant, cogi non debent; si vero de ipsarum solutione juraverint, cogendi sunt domino reddere juramentum. Ubi tamen subiungitur odiosa utrorumque clausula illis verbis: Nisi cum usura solute fuerint, creditores ad restitutionem sunt severitate Ecclesiastica compellendi. Cor au-

K

1010

tem accessoria juramentum obligatio observanda sit, est specialis ratio divine reverentiae, quae servare juramentum compellit, qualis ratio in simplici promissione non reperitur. Sanchez loc. cit.

12 Fallit secundum quoad pia legata in Testamento ad causas profanas nulliter facta; quia illa, etsi accessoria, valent, licet Principale, Testamentum videlicet, sit nullum, juxta dicta & probata Lib. III. Tit. 26. de Testam. §. 6. n. 161. Idque ob fundamentum n. praeced. allegatum; quia nempe in accessoriis legatis piis invenitur specialis ratio, Religionis videlicet.

13 Fallit tertio in Accessorio quod se solo, & independenti a Principali potest subsistere, sive ab eo divisibile est; quamvis enim concessio principali etiam hoc accessorium concessum videatur, tamen sublatum principali illud sublatum non censetur. Vivianus hic. cum Franch. & aliis, patetque ex ipsa rei natura: hoc ipso enim quod hoc sine illo valeat subsistere, sublatum principali accessorium hujusmodi necessarium non tollitur.

14 Fallit quarto in casibus, in quibus Jura aliter specialiter disponunt: prout fit in casu, quod ob adulterium uxoris, matrimonium tanquam principali quoad thorum sublatum, non tollitur dos, sed penes solum virum manet, etsi dos accessorium matrimonii sit. l. Cum Mulier. 47. ff. Solutio Matrim. & c. Plerumque 4. de Donat. inter vir. & uxor. ibi: Plerumque si mulier ob causam fornicationis iudicio Ecclesiae, vel propria voluntate a viro recesserit, nec reconciliata postea sit eidem, dotem, vel dotalium repetere non valet. Quod tam a Canonico, quam Civili Jure merito specialiter sic statutum habetur in odium adulterii, & favorem conjugis innocentis.

15 Sic etiam specialiter sancitum habetur in Jure, ut testamentum tanquam principali propter exheredationem, vel preteritionem filii nullum declarato, accessoria tamen in illo subsistant legata, & alia. Auth. Ex causa. C. de liber. preterit. ibi: Ex causa exheredationis, vel preteritionis irritum est testamentum quantum ad institutiones: cetera namque firma manent.

Sic pariter licet alias obligatio fidejussoria sit accessoria, & sublatam principali obligatione tollatur per dicta nu. 9. tamen ex speciali Jure dispositione habetur, quod, etsi pupillus sine auctoritate tutoris contrahens, nec civilem, nec naturalem obligationem servandi contractum habeat, l. Pupillus. 59. ff. de Oblig. & Act. tamen si in tali casu tertius pro pupillo fidejubeat, fidejussio teneat, & obligatoria existat. l. Si Pupillus. 35. ff. de Arbitr. cum Concord. Quod etiam ideo recte sancitum videtur, quia in tali casu fidejussio censetur inducere obligationem principalem, hoc ipso, quod alia principalis desit; cum pupillus aliquam obligationem, quae alias principalis foret, neutiquam contrahat.

Ceterum quamvis Vivianus hic teneat, Regulam fallere etiam in casu, quod accessorium nobilissimum quid & pretiosissimum ipso principali: tamen quia haec doctrina non tantum communi DD. sed etiam clare Jure dispositioni contraria apparet, ei minime adhaerendum esse dicendum est, Regulam procedere etiam tunc, quando accessorium melius quid, nobilissimum, ac pretiosissimum est principali. l. Cum aurum 19. §. 13. ff. de auro & argent. legat. ibi: Perveniamus & ad gemmas inclusas auro, argentoque: Et ait Sabinus, auro, argenteoque cedere; et enim quid, cuius major est species: quod recte expressum: semper enim cum querimus, quid cui cedat, illud spectamus, quid cuius rei ornandae causam adhibetur, ut accessio cedat principali. Cedent igitur gemmae phialis & lancibus inclusae auro argenteo. Ex quo relolvitur, quod annulus habens inclusam gemmam longae majoris pretii, quam fit ipse annulus, vel vestis habens ornamenta aurea vel argentea pretium vestis longe superantia, si vendatur, donetur, legetur etiam gemma, & ornamenta, quantumvis majoris pretii, vendita, donata vel legata censentur.

Limitat tamen non immerito hanc doctrinam & fallere Regulam ait Barb. hic. num. 10. si accessorium est summe arduum quid, ut de tali verisimiliter non cogitaverit concedens, donans, legans, disponens &c.

REGULA XLIII.

Qui tacet, consentire videtur.

SUMMARIUM.

- 1 Regula unde desumpta?
- 2 Ratio difficultatis in Regula.
- 3 Opinio, quod tacens in favorabilibus, non item in odiosis consentire censetur, non approbatur.
- 4 Ponitur verus sensus Regulae.
- 5 Tacens etiam in odiosis consentire videtur, si contradicendo impedire possit.
- 6 Declaratur exemplis & sequitur.
- 7 Servus sciente & tacente Domino ordinatus liber evadit. ibid.
- 8 Sponsalia nomine filiae scientis & tacentes contracta valent.
- 9 Alienatio Rei Ecclesiae sciente & tacente Capitulo valet.
- 10 Superiores scientes & tacentes ad defectum subditorum consentire videntur.
- 11 Tacens in consilio, vel collegio consentire censetur.
- 12 Fallit Regula 1. quando tacens rem non intelligit.

Errantis nullus est consensus. ibid.

- 13 Fallit 2. quando ad substantiam actus requiruntur verba, vel signa externa, ut in baptismo adulterum.
- 14 In Sponsalibus & Matrimonio.
- 15 Ac in stipulationibus.
- 16 Fallit 3. quando contradicendo sine turbatione vel majori malo fieri nequit.
- 17 Fallit 4. quando fur sciente, & tacente domino rem auferit.
- 18 Fallit 5. quando de consensu vel dissensu non dubitatur.

Haec Regula desumitur ex l. 2. §. Voluntatem. ff. Solutio Matrimonii. & aliis LL. a Glossa citatis hic.

Quaeritur I. Quomodo intelligenda haec Regula? & quis verus illius sensus sit? Resp. I. Quamvis secundum sensum grammaticalem facilis appareat haec Regula, in sensu tamen Juridico eam explicata esse difficillimam, ferè omnes fatentur; eo quod in Jure plurima extent exempla, ex quibus clare patet, eos etiam, qui scienter tacent, non censeri consentire. Hinc in ea declaranda mirè defudant Doctores.

Barbosa hic n. 9. allegat ingentem Doctorum Classico.

Regula XLIII. Qui tacet, consentire videtur.

Classicorum numerum dicentium: Regulam cum sublequenti distinctione esse intelligendam; qui tacet, in favorabilibus consentire videtur: qui vero in prejudicialibus vel odiosis tacet, consentire non videtur. quam doctrinam licet magis communem, immo vulgarem esse verè asserat, & pro illa etiam Glossam variis in locis citet: tamen eam non approbat, sed improbat ex illo vero fundamento; quia in Jure valde multa reperire est exempla, vi quorum tacens etiam in prejudicialibus pro verè consentiente habetur. Nos sedulo perlectis, & bene consideratis tam Doctorum rationibus, quam Juris exemplis, arbitramur, securiorem & faciliorem Regulam explanationem, seu declarationem esse sequentem.

Resp. II. Verus & genuinus Regulae sensus videtur iste: Qui tacet, in favorabilibus consentire videtur: qui vero in prejudicialibus tacet, tunc consentire videtur, quando contrarius est, vel expresse dissentiendo facile potest impedire id, de quo agitur, & in contrarium nulla conjectura apparet. Prima pars hujus sensus, videlicet quod tacens in favorabilibus consentire videtur, penè omni controversia caret; cum ferè omnes Doctores consentiant; quia in dubio ordinariè merito praesumuntur ea, ad quae nos naturalis dicit aff. Quid & propositio, arg. e. 2. de Prescript. & l. Ibi. 8. §. fin. ff. quod me ad caus. gest. Hinc bene observat hic. Sirem. n. 3. nullum tam habetum censeri debere, ut commoda, grata, amica, utilia &c. respiciat, si offeruntur, donantur, legantur, cum haec a na. ara quilibet appetat, querat, & acceptet: Omnes enim experimus utilitatem, & ad eam rapimur. Cicero lib. 3. de Offic. consequenter si nobis offeruntur, tacendo acceptare merito censetur.

Altera pars, quod etiam in prejudicialibus, & odiosis tacens consentire videtur, si contradicendo, vel dissentiendo illa impedire possit juxta Dynam. hic. n. 1. insalubris, consequenter utraque pars vera est. arg. l. 2. §. Voluntatem. ff. Solutio Matrim. ibi: Nisi evidenter contradicatur, videtur consentire. & c. 2. de His, quae sunt à Praet. ubi ex eo solo Capitulum pro consensu sententiarum, quia non contradixit: Si sciatis, & non contradicente conventu facta est, robur firmum debet habere. cum concord. & Ratio est; quia, ut bene argumentatur Barb. hic. n. 5. quando quis praesens licet rem fieri, vel peti, & tacet, dum facile contradicere potest, sua taciturnitate facit, quod de Jure merito praesumatur idem sentire: ut proin tacitus illius consensus non in fictione, sed praesumptione Jure fundatur, nisi ad sit contraria conjectura, ex verbis, vel factis ex nutu, aut aliis signis apparens; quia etiam nutu, vel gestu contraria voluntas ostenditur. l. Si tamen 48. §. Et qui ff. de Aedil. Edict. l. Non tantum verbis. 5. pr. ff. Rationem rem haberi. cum Concord.

Declaratur & firmatur amplius exemplis Juris. Sic enim imprimis licet ferum anittere res Domino sit prejudicialia: si tamen eo sciente, & non contradicente ordinatur ordinatio valet servus liber evadit, & Dominus illum amittit. can. Servus sciente. 20. dist. 54. ibi: Si servus sciente, & non contradicente domino, in Clero fuerit ordinatus: ex hoc ipso, quod constitutus est, liber & ingenuus erit.

Secundo, si filia sciens, patrem sibi certam dotem constituturam, tacet, & non contradicit, consentire praesumitur, etsi dos forsitan incompetens, sicut ei prejudicialia sit. c. l. 2. §. Voluntatem. ff. Solutio Matrim. ibi: Nisi evidenter contradicatur. Sic pariter Tertio: si parentes pro filio, vel filibus praesentibus, & non contradicentibus sponsalia vel matrimonium contrahunt, valent sponsalia & matrimonium, etsi forsitan prolihus odiosa; quia non contradixerunt, cum facile potuissent, dicendo v. g. nolo nubere, nolo hunc, vel hanc c. un. §. fin. de Spons. Impub. in Responsum Jus. Can. Tom. VI.

6. ibi: Porro ex sponsalibus, quae parentes pro filiis puberibus, vel impuberibus plerumque contrahunt, ipsi filii, si expresse consenserint, vel tacite, ut si praesentes fuerint, nec contradixerint, obligantur.

Quarto, qui criminaliter inquisitus crimina sua confessus est, non potest excipere, quod infamia non praecesserit; quia prius non contradicendo tacite confensus. c. 2. de Accus. in 6. Quidam si tutor aliquem pro fidejussore nominat, itaque praesens non contradicit, sed nomen suum actis inferi permittit, consentisse praesumitur. etsi illi praedictum sit l. 4. §. fin. ff. de Fidej. & nominat. ibi: Fidejussores à Tutoribus nominatis, si praesentes fuerint, non contradixerint, & nomina sua referri in acta publica passim sunt, & quamvis, verum tamen, utque si sine legitimo stipulatio in eis p. sua fuisset.

Sexto, Rei Ecclesiae locatio, vel alienatio, ad quam de Jure requiritur consensus Capituli, si hoc sciente, & non contradicente facta est, valet; quia ex taciturnitate Capituli, quod contradicere possit, consensus illius praesumitur, per textum c. 2. de His, quae sunt à Praet.

Septimo, Superiores qui graves subditorum defectus sciunt, & cum possent, non contradicunt, non corrigunt, non puniunt &c. consentire videntur in grave communitatis praedictum. can. Error. 3. dist. 83. ibi: Error, cui non resistitur, approbatur. & veritasque minime defensionis, opprobrium. Negligere quippe, cum possis deurbare, perverfus, nil aliud est, quam non foveri. Nec caret scrupulo societatis occulte qui manifestis facinorosi desinit obviare, junctis can. Consensu. 5. dist. 83. Consensu videtur erranti, qui ad rejecanda, quae corrigi debent non occurrat, & can. immediate sequenti ibi: Nil illo Pastore est miserius, qui luporum ludibrio gloriarur: quibus si placere voluerit, atque ab his amari delegerit. erit hinc ovibus magna pernicies. Hinc ipsi quoque Episcopi, qui etiam majores delinquentes non corrigunt, sed tacet, graviter reprehenduntur à SS. Canonibus, praeterit can. 2. c. dist. 83. illis verbis: Episcopus itaque, qui talium crimina non corrigit, magis dicens est canis impudicus, quam Episcopus.

Huc etiam unversaliter referuntur illi, qui in Collegio, aut Consilio communi tacet, dum aliquid injuncte, inique, aut praediosè agitur, vel decernitur; habentur enim pro consentientibus, & sicut cum aliis rei omnium in aliorum inde fecerunt, si, dum possunt, non contra dicunt, ut post Abb. in c. 1. de His, quae sunt à major. part. cap. bene observat Sirem. hic. n. 9. per Jura haecenus allegata. Sic plurima in Jure reperitur exempla, ex quibus manifeste patet, quod etiam in prejudicialibus odiosis, & onerosis causis ac rebus tacens consentire praesumatur, si non contradicit, dum facile potest.

Quaeritur II. An, & quae Fallentia Regularia XLIII. patiantur? Resp. potissimum sequentes: & quidem Primum juxta unanimum fallit, quando tacens id, de quo agitur, non intelligit, vel penitus ignorat. arg. l. Qui vis. 48. §. 3. ff. de Error. manifesta est; quia ignorantis vel errantis nullus est consensus. l. Si per errorem. 15. ff. de Jurisdict. ibi: Cum, ut Julianus scribit, non consentiant, qui errant: quid enim iam contrarium est, quam error, qui imperitiam deligit? cum concordant.

Fallit Secundum, quando ad formam & substantiam actus contentus verbis vel signis externis expressus de Jure requiritur, vel aliis describitur: prout expresse sancitum habetur de Baptismo adulterum loqui valentium, utpote quorum taciturnitas ad valorem Sacramenti non sufficit, etsi alii locò illorum respondeant, arg. can. Cum pro parvulis. 77. dist. 4. de Consecrat. ibi: Cum pro parvulis alii respondeant, ut impletur erga eos celebratio Sacramenti, valet.

valet utique ad eorum consecrationem, quia ipsi responderi non possunt. At si pro eo qui respondere potest, alius respondeat, non itidem valet. Ex qua Regula illud in Evangelio dictum est, quod omnes, cum leguntur, naturaliter movet: statim habet, ipse pro se loquatur.

14 Sic pariter ad valorem Matrimonii, vel Sponsalium de Jure non sufficit, nisi una pars ad promissionem, vel interrogationem alterius taceat, & non contradicat, licet loco illius alii, etiam propinqui (excepto Patre) v. g. frater, patruus &c. respondeant, & consentiant, ipsa taceat, & non contradicente; cum requiratur de Jure utriusque partis contrahentis vel mandatum, vel consensus verbis aut aliis signis externis sufficienter expressus, prout jam dictum habetur Lib. IV. Tit. I. de Sponsul. & Matrim. n. 14. & seqq. Nec obstat, quod in contrarium obijciatur. c. 1. de Matrim. contra interdict. Eccles. ubi fit mentio de Matrimonio per fratrem pro foro praesente & tacente, contracto; quia, ut legenti textum patet, non tantum tacuit, sed expresse consentit soror. Mirus obstat obijci solitum c. Ex parte 14. de Resit. spoliar. ubi habetur sermo de sponsalibus à patruo nomine neptis contractis; quia ex textu satis patet, sponsalia à patruo acta vel non contracta, vel nulla fuisse; & bene ibidem observat Gloss. v. Praesente. Accedit, quod c. un. §. fin. de Desponsat. impub. in 6. per textum supra n. 7. jam allegatum de solis parentibus dispositum habeatur, quod, si nomine prolium praesentium, & non contradicentium, vel absentium, & postea ratihabentium, sponsalia contrahantur ea valida existant, consequenter ad alios, etiam propinquos, extendi non debent; praesertim cum agatur de perpetua obligatione statum hominis concernente, circa quem pro suis liberis parentes etiam ex naturali affectu magis solliciti merito de Jure censentur, quam alii, quantumvis propinqui.

15 Sic ulterius, quia in Jure ad formam & valorem stipulationis regulariter requiruntur verba utriusque stipulantis. l. 1. pr. ff. de Verb. Oblig. ubi: Stipulatio non potest conscribi, nisi utroque loquente &c. Ideo Regula fallentiam secundam regulariter patitur in stipulationibus, utpote in quibus tacens & non contradicens pro tacite consentiente minime haberi potest.

REGULA XLIV.

Is, qui tacet, non fatetur, sed nec utique negare videtur.

SUMMARIUM.

- 1 Regula unde?
2 Differt à priori; quia praesens de confessione, vel negatione: prior de consensu agit.
3 Pontur versus sensus Regulae.
4 Tacens interrogatus à non Judice nec fatetur, nec negat.
5 Quare tacens censetur consentire, & non fateri?
6 Legitime interrogatus à Judice tacens habetur pro confesso.
7 Sicut & ille, qui ad articulos non respondet.
8 Qui duobus sibi propositis ad unum respondet, & ad alterum tacet, hoc fateri censetur.

1 Desumitur haec Regula ex l. qui tacet. 142. ff. de R. J. ubi: Qui tacet, non utique fatetur: sed tamen verum est, eum non negare.
2 Queritur I. Quomodo haec Regula intelligenda? & quis verus illius sensus sit? Resp. I. Hanc Regulam minime convenire cum praecedenti, ut perpe-

Fallit tertio in Superioribus; qui tacet, & non contradicunt in casu, quo sine magna turbatione, strepitu externo, aut proprio gravi damno contradictio fieri nequit, aut alias rem jam desperata apparet: tunc enim tacentes, & non contradicentes consentiunt nequitiam praesentem. arg. Reg. 60. ff. de Reg. Jur. ubi: Culpam caret, qui scit, sed prohibere non potest. Strein hi: n. 2. & fin. cum aliis à se allegatis arg. c. Nichil. 2. de Praescript. ubi Papa Italiae Patritiae rescribit: Nihil cum scandalo, nihil cum forori strepitu vobiscum nos velle de causis pauperum desinare, vobis scripsisse meminimus; sed illud vos scire credimus, iocunditatem, atque patientiam vestram futuris post me Pontificibus in rebus pauperum praesudicium non futurum. Quae fallentia etiam ad alios non superiores à Doctoribus ob paritatem rationis merito extenditur, & inducitur, minime à blandi sibi posse Principes de tacentium & non contradicentium subditorum consensu, quando illos collectis fenus & tributis excoessive ac injulle gravant: quod idem dic de inferioribus dominis directis subditos nimium gravantibus; quia miselli subditi in hujusmodi casibus tacentes non tam voluntarie consentiunt, quam metu majoris mali coacti dare censendi sunt.

Fallit quarto in casu, quod fur sciente, & non contradicente domino rem illius furtivam; quia in tali casu dominus consentire non praesumitur, sed actionem contra furem instituire potest: cum sic in odium furti Jura specialiter statuunt. l. Si quis 91. ff. de Furtis. ubi: Si quis scit, sibi rapti, & quia non potest prohibere, quaevis, furti agere potest: at si potest prohibere, & non prohibuit, nihil minus furti agat.

Fallit quinto, & quidem universaliter, quotiescumque de consensu vel dissentia tacentis, & non contradicentis verum non extat dubium, sed ex circumstantiis & conjecturis verisimilibus apparet, eum tacendo consentire noluisse. Barbos. hic, cum aliis, ad longum deducens, Regulam, Tacens consentire videtur, tantum locum habere in dabo, in quo de Jure praesumitur consentire, qui tacet, & non contradicit, cum facile possit, prout desumitur ex verbo videtur; hinc si circumstantiae, & conjecturae tollunt dubium, & verisimilibus pro dissentio militent, praesumi consensus prudenter non amplius potest: idem in sensu Regulae n. 4. postea notanter additum est: & contrarium ex conjecturis non apparet.

ram putabant nonnulli, sed multum differre ab ea; cum in priori agatur de consensu, an, & quando ex taciturnitate praesumi possit: praesens vero Regula de confessione, & negatione, & non nisi in casu interrogationis procedit, utrum videlicet confiteri, vel negare censetur, qui ab alio interrogatus nihil responderet, sed tacet. Resp. II. Verus sensus Regulae sequens est: Qui ad interrogationem alterius tacet, regulariter nec confiteri, nec negare praesumitur. Ratio est; quia inter negare & confiteri tanquam duo membra datur medium, siliere nempe & tacere, uti cum Glossa observant Dynus & Vivianus hic: & merito, eod quod, licet in immediatè sibi contrariis exclusio unius sit inclusio alterius, & e contra, ac unum necessario inesse debeat, uti fit in sanitate, & infirmitate, numerò pari, & impari, cum unum alterum necessario excludat, corpus siquidem aut sanum, aut infirmum esse debet, & tempore, quo sanum est, infirmum esse nequit, ac e contra: numerus par, aut impar esse debet: si par est, impar esse non potest, & e converso.

sonarso: aliter tamen res se habet in extremis habentibus medium; cum nullam necessario insit, sed tertium mediare, ac subsistere valeat, prout contingit in colore albo & nigro, quorum nullus necessarius inest, cum res tertium aliquem colorem flavum aut rubrum habere queat. Hinc similiter, quia inter confiteri & negare mediatur siliere, & tacere, ac se ipso stare potest, quin insit confiteri, aut negare; justus est Regulae sensus: qui ad interrogationem alterius tacet, nec fatetur, nec negat.

4 Declaratur exemplis: sic v. g. in casu, quo quis extra iudicium, vel etiam in iudicio à non Judice interrogatur, an non hunc vel illum percussit: an non hoc vel illud abstulerit: hanc vel illam verbali injuria affecerit: an non mutuas pecunias mille florenorum à se accepit, sicque debeat: si tacet, nec fateri, nec negare censetur. arg. l. Si filius. 19. ff. de Interrog. in Jure sciend. & ratio praeter jam dictam est; quia respondere non tenetur. Et profecto misera foret hominum conditio, si quis cuivis interroganti affirmando, vel negando positive respondere teneretur, cum seipsum interit tacere, & nihil respondere, sicque medium inter negationem & confessionem teneret.

5 Cur autem tacens praesumatur consentire, & non confiteri, in ratione alleganda divisi sunt Doctores: melior videtur, quam assignat Barb. hic. n. 9. videlicet, quia consensus est actus voluntatis eligitis & quiescentis, qui actus adesse merito praesumitur, dum quis contradicere facile posset, & non facit per dicta in praecedenti Regula: confessio vero consistit in assertionem veri aut falsi, quorum verum afferit, qui tacet.

6 Queritur II. An? & quas Fallentias patiatur Regula praesens? Resp. eam fallere Primò universaliter, quoties quis in iudicio à Judice legitime in-

terrogatur: sic enim interrogatus, qui tacet, pro confesso habetur, vel etiam in sui damnum pro negante. l. de Etate. 11. §. 4. de Interrog. in Jure sciend. ubi: Qui tacuit apud Praetorem, in ea causa est, ut insinua actione in solidum conveniatur, quasi negavit, se heredem esse. Ratio est; tum quia hoc ipsò, quod legitime interrogatus, & respondere obligatus taceat, justam praesumendi causam praebet, veritatem contra se stare, legem eam tacite fateri vel le: tum quia à Judice legitime interrogatus, respondere omittens contumax reputatur, ac propterea in poenam contra se confessus in effectu habetur. cit. l. De etate. 11. §. 4. ubi: Nam qui omnino non respondet, contumax est: contumacia autem poenam hanc ferre debet, ut in solidum conveniatur, & quia praetorem contemnere videtur.

Fallit secundò in quovis illo, qui in iudicio ad possessiones, seu articulos ab adversario propositos, & à Judice approbatos respondere justus scilicet, vel sine causa respondere recusat; quia etiam talis confiteri censetur, & pro confesso habetur. c. 2. de Confess. in 6. ubi: Si reus, vel procurator ipsius positionibus ab adversario sibi factis interrogatus, justusque à Judice respondere absque rationabili causa recuset, aut noli, seu contumaciter se absente, haberi debet super iis, de quibus in eisdem positionibus interrogatus extitit, pro confesso. Ratio est; quia in prioribus fallentia.

Fallit tertio, quando alicui in iudicio obijciuntur duo, & is unum negat, vel in eo se excusat, ad alterum vero tacet, censetur enim hoc tacite fateri, c. Nonne. 5. de Praesumpt. ubi Iunianus sic habet: qui ex duobus illis alterum negavit, reliquum affirmare praesumitur; textus vero sic sonat: Duo quippe illa fuerunt ei: unum negavit, alterum tacendo concessit.

REGULA XLV.

Inspecimus in obscuris, quod est verisimilius, vel quod plerumque fieri consuevit.

SUMMARIUM.

- 1 Regula unde?
2 Obscurum, verisimilius, & plerumque, quid?
3 Pontur versus sensus Regulae.
4 Verisimilitudo pro veritate habetur. Ibid.
5 De ordinatè contingentibus sunt leges.
6 Ordo procedendi in obscuris.
7 Declaratur Regula exemplis juris, & seqq.
8 Substitutio facta filio evanescenti, si hic liberus procreat.
9 Mulier metu mortis monasterium ingressa non censetur ibi tacite professi, quamdiu causa minus dura.
9 Solvitur obiectio contra Regulam.

ordinarie fieri solet, ac in regione fieri consuevit. Hinc Resp. II. Verus Regulae sensus hic est: Quandounque vera intentio, mens & voluntas stantentis, agentis, contrahentis, disponentis &c. aliumde certò vel sufficienter non apparet, illud sequendum, iudicandum, & tenendum est, quod prudenter, & aequò animò consideratis considerandis ad cognoscendam veritatem servientibus circumstantiis, veritati magis consentiat eum, seu conforme appareat: vel, quod in hujusmodi, de quibus quaeritur, actibus, negotiis, aut dispositionibus communiter & ordinarie fieri solet, ac in Regione fieri consuevit, arg. l. Semper in Stipulationibus. 34. ff. de Reg. Jur. cuius textum allegavimus in Regula XXX. n. 3. cum Concordant. Ratio Regulae quoad primam partem, de sequendo verisimili, est; quia verisimilitudo quali pro veritate habetur, arg. l. Cum quid. 3. ff. de Rebus creditis, sicutum petatur, adeò ut idem reputetur, veritatem pro se habere, & praesumptionem in verisimili fundatam pro se habere: ut post Jason bene advertit Strein. hic. n. 2. arg. l. Licet Imperator. 74. ff. de Legat. I. & verisimilitudo onus probandi nonnunquam in adversarium rejicit arg. l. Sive possideis. 16. C. de Probation. ac non nisi validioribus probationibus elidat valeat. l. Non est verisimile. fin. ff. quod metus caus.

Secundae vero partis, videlicet, quod deficienter verisimili id attendatur, quod plerumque seu communiter & ordinarie fieri solet, ratio haec est; quia sicut Legitatores non de iis, quae raro, sed quae frequenter contingunt, leges & iura condunt. l. Ex hic. 4. & l. Nam ad eas. 5. ff. de Legib. ubi: Nam ad ea

potius debet aptari ius, quia & frequenter & facile, quam quod perarare eventum. Sic etiam intentio & mens privatum disponentium & contrahentium in defectu alterius certitudinis iuxta contrahentium & ordinari fieri solita praesumi. & colligi debet. arg. l. certi conditio. 9. §. 8. ff. de Reb. credit. praesertim in Regione, in qua veriamur. l. Semper. 34. ff. de Reg. Jur. ibi: Si non appareat, quid actum est, erit consequens, ut id sequamur, quod in Regione, in qua actum est, frequentatur.

Ut proin circa obscura sequens procedendi, praesumendi & sequendi ordo sit: & quidem Primò videndum, an non aliunde rei veritas, & quod actum est, appareat: hoc enim verè cognitum omnino sequi, & tenere oportet; quia iustum & æquum est, ut contrahentium voluntates & pacta custodiantur. c. 1. de Pactis. ibi: aut initia pacta suam obtineant firmitatem, aut conventus (si se non cohibuerit) Ecclesiasticam sentiat disciplinam. Dixerunt universi: Pax servetur, pacta custodiantur. & l. Semper. 34. ff. de Reg. Jur. ibi: Semper in stipulationibus, & in ceteris contractibus id sequimur, quod actum est. Secundò, si de hoc certò vel sufficienter non constet, id praesumendum, sequendum, & tenendum, quod prudenter consideratis considerandis verisimilius appareat iuxta tenorem huius Regulae. Tertio, si verisimilius non appareat, id inspicendum, & sequendum est, quod plerumque, seu communiter, & ordinari fieri solet, iuxta praescriptum praesentis Regulae, praesertim in Regione, in qua res acta est. l. Semper. per textum n. praeced. iam allegatum. Quarto, si neque hoc haberi potest, minimum sequendum, & tenendum est. l. Semper. ibi: Quid ergo, si neque Regionis mos appareat, quia varius fuit? Ad id, quod minimum est, redigenda summa est. & Reg. 30. de Reg. Jur. in 6. ibi: In obcuris minimum est sequendum, cum in hoc partem certò conveniant, & errandi periculum magis declinetur iuxta dicta superius ad hanc Regulam, n. 4.

Declaratur etiam & firmatur ulterius Regula, sensusque illius exemplis Juris: Sic enim primò, ut

exemplificat Gloss. hic. si maritus cum priore corrupta diu cohabitavit, & postea mulier ex causa impotentiae viri divorcium petat, vir autem potentem se asserat, viro creditur, nisi impotentia manifesta sit, textu claro can. Si quis. 3. cau. 33. q. 1. Quia verisimilius est, virum non desuisse suo officio.

Sic pariter 2. si quis proprium filium instituit heredem, etque substituit Cajum, praesumitur substitutio facta sub conditione: si filius meus sine liberis decesserit. l. Cum avus. 102. ff. de Condit. & Demors. Cum nec verisimile, nec usu receptum sit, quòd quis intendat filio aliquem substituire, si filius ipse liberos progenerat. l. Generaliter. 6. ff. Cum autem. C. de Insti. & substit. ibi: Cum autem inventimus excoeli ingenii Popinianum in huiusmodi casu, in quo pater filius suis substituit, nullà liberorum ex his procreandorum adjectione habita, optimo intellectu disposuisse, evanescente substitutionem. si is, qui substitutione praegravatus est, pater efficitur, & liberus substituitur; intelligentem, non esse verisimile, patrem, si de nepotibus cogitaverit, talem fecisse substitutionem.

Sic 3. si mulier metu mortis à viro inferendae ad monasterium fugit, ibique, quamdiu causa durat, permanet; tacite professam non censetur; quia verisimile est, eam perseverasse in monasterio ex eadem causa, ex qua fuit ingressa, consequenter causa cessante, mortuò nempe viro, egressi, & alteri nubere posse, textu expresso c. 1. de His, quae vi met. caus.

Objici contra Regulam communiter solet. In iudiciis probatio necessariò concludere debet, nec sufficit ostendere, rem sic esse posse, sed necesse est, probare, eam revera sic esse. arg. l. Marem. 17. C. de Probar. cum Concord. ergo verisimilitudo ad rem nihil facit. Sed Resp. Probationem concludentem necessariam esse tunc, quando haberi potest: secus esse, si haberi nequit; in tali enim casu ad praesumptionem, praesertim in verisimilitudine fundamur, ex utroque Jure in subsidium datur recursus. Hinc, prout supra de Regula XXX dictum, ita & de praesenti dicitur, quòd sit subsidiaria.

REGULA XLIV.

Is, qui in Jus succedit alterius, eo Jure, quo ille, uti debet.

SUMMARIUM.

- 1 Regula unde?
- 2 Successor alius est universalis: alius particularis: & quis?
- 3 Successor universalis, praesertim heres, activè & passivè succedit in omne jus defuncti.
- 4 Etiam heres particularis succedit taliter quoad partem, cujus est heres.
- 5 Successoribus universalibus æquiparantur etiam Praelati Ecclesiastici, qui proin debent solvere debita defuncti nomine Ecclesiae facta.
- 6 Successor etiam particularis succedit activè & passivè, quod prior dominus circa rem particularem habuit.
- 7 Excepta actione personali, quae ad eum non transit: nec nocet ei mala fides prioris domini, bene verò successor universalis.
- 8 Ponitur versus sensus Regulae.
- 9 Declaratur exemplis. & viribus sequ. Successor universalis, v. g. heres, debet solvere omnia debita defuncti. ibid.
- 10 Idem debet facere successor in Regno.
- 11 Successor potest conveniri vel recripti contra antecessorem impetrati.
- 12 Defuncti jus ita inheret heredi, ut propter hoc

- subinde etiam aliunde sua perdere debeat.
- 13 Mors omnia solvit: quomodo intelligendum?
- 14 Donator potest revocare ex causa donationem, non item heres illius: & quare?
- 15 Marito circa dotem majus jus competit, quam heredi illius; quia est privilegium personale.
- 16 Fallit Regula 1. in Mandato. 2. in Contractu Societatis. 3. In precario.
- 1. 7. 4 In donationibus inter virum & uxorem.
- 1. 8. 5 Universaliter in omnibus Privilegiis personalibus.

DEsumpta habetur haec Regula ex l. Qui in Jus. 177. ff. de Reg. Jur. ibi: Qui in jus, & dominium alterius succedit, jure ejus uti debet. Cui concordat Regula 79. de R. J. in 6. ibi: Nemo potest plus juris transferre in alium, quam sibi competere dignoscatur.

Queritur I. Quomodo haec Regula intelligenda? & quis verus illius sensus sit? Ante responsum Notandum cum Dyno & Strein hic. n. 1. duplicem esse & dici Successorem: in jus alterius. Universalem videlicet, & particularem, seu, quod idem est, singularem. Universalis est, qui in universum, seu in totum jus alterius succedit, ejusque personam representat, uti sunt heres, bonor in possessor, & ex Tre-

Trebellianica possessor, fideicommissarius, qui etiam propriè successores vocantur, quia in jus universum defuncti succedunt l. quoties. 9. §. 12. ff. de Hæred. insti. l. Praetor. 177. ff. de Reg. Jur. ibi: Praetor bonorum possessorem hæredis locò in omni causa habet. l. In part. 128. ff. eod. Hic, qui in universum jus succedit, hæredis locò habetur; junctà l. Nichil. 24. ff. de V. S. ibi: Nichil est aliud hereditas, quam successio in universum jus, quod defunctus habuit. Successor Particularis, seu Singularis est, qui non in totum jus, sed in certam aliquam rem, vel jus alterius succedit, uti sunt legatarii, donatarii, emptores &c. qui propriè successores in rem appellantur. l. Quædam. 9. §. Is autem. ff. de Eadem. & l. Etiam. 8. ff. de Jurejur. ibi: Etiam si in rem successerint. cum Concord. Hoc Notand.

3 Resp. I. Regula de successore universali tam activè, quam passivè intelligenda est: Activè quidem; quia omne jus agendi, excipiendi. fruendi &c. tam reale, quam personale, etiam mixtum: & in rem scriptum, quod prius competebat defuncto, compete postea heredi: Passivè verò; quia jus agendi excipiendi &c. quod alicui competebat contra defunctum, competit eidem etiam contra heredem ipsius. Dynus hic cum communib. auctor. arg. pr. Insti. de perpet. & temp. Ratio est, tum 3 quia defunctus, & heres ipsius, fictione Juris pro una eademque persona habentur. Novell. 43. pr. ibi: Cum utique nostris videtur legibus, unum quodammodo esse personam heredis, & ejus, qui in eum transiit hereditatem; consequenter jus, quod uni activè vel passivè competit alteri competere debet: cum non debeat una eademque res, vel persona diverso Jure censi. c. Cum in tua. 30. de Decimis. Tam, quia nemo potest plus juris transferre in alium, quam sibi competere dignoscatur. c. Nemo. 79. de Reg. Jur. in 6. consequenter si defunctus jus exceptionis habuit, exceptionem etiam heres pati debet: si fundam servitute aff. cum transiit, servitute eadem etiam apud heredem fundus manebit effectus.

4 Quæ cuncta intellige non tantum de herede universali, sive ex affe, sed etiam de hærede ex parte tantum; quia quod jus in toto, idem etiam in qualibet parte illius est. l. Quæ tota 76. ff. de Rei vindicat. ibi: Quæ de tota re vindicanda dicta sunt, eadem & de parte intelligenda sunt. ut proin sicut heres ex affe ex toto, sic heres ex parte, pro ea parte in qua heres est, personam defuncti representet, jure illius activè & passivè fruatur, & utatur, licet in partibus reliquis pro extraneo habeatur. l. Si adultus. 6. de Hæred. act.

5 Successoribus universalibus æquiparantur etiam Praelati Ecclesiastici tam seculares quam Regulares; cum etiam ad hos, tanquam legitimos successores, ab antecessoribus jus agendi, & excipiendi activè, ac passivè, nomine Ecclesiae, vel Monasterii transeat: ut proin successor pacta antecessoris, nomine Ecclesiae initia, servare teneatur can. Eleutherius. 30. cau. 18. q. 2. & gesta ab ipso rata habere c. Quoniam 14. de Offic. del. g. ac debita ab eodem contracta solvere c. 1. de Solu. ibi: Sicut filius debita patris solvere tenetur, ita Praelatus sui prædecessoris pro Ecclesiae necessitate contracta. Haec tamen, quoad Praelatos, intellige de illis gestis & pactis, quæ nomine Ecclesiae, & aliàs legitime sunt facta: privatas siquidem obligationes antecessoris Praelati, vel aliàs illegitime factas successor praestare non tenetur. c. Veniens. 8. de Transact. ubi Summarium sic habet: Transactio facta de Rebus Ecclesiae per Praelatum sine Superioris consensu non obligat successorem Ratio subiungitur in textu illis verbis: Cum inter personas facta potius, quam inter Ecclesias videatur: nec pacta inter alios acta aliis obesse possunt. patetque am-

plius ex traditis Lib. I. Tit. 10. de His, quæ à Praelat. sine consensu Cap. & Lib. III. Tit. 13. de Rebus Eccles. alienand.

Porrò successorem particularem, seu singularem quod atinet, de eo etiam Regula intelligenda venit, ita, ut in hunc quoque, facta rei traditione, tota causa, idemque jus activè & passivè transeat, quod in eadem re prior dominus habuit. l. Alienatio. 67. ff. de contrahend. Empt. ibi: Alienatio cum sit, cum sua causa dominium ad alium transferimus, quæ esset futura, si apud nos ea res mansisset: Itaque toto Jure Civili ita se habet: præterquam si aliquid nominatim sit constitutum, junctà l. Traditio. 20. ff. de Acquirend. rer. domin. ibi: Quoties autem dominium transferatur ad eum, qui accipit, tale transferatur, quale fuit apud eum, qui tradit. Si servus fuit fundus, cum servitutibus transiit: si liber, uti fuit. Et si forte servitutes debebantur fundo, qui traditus est, cum jure servitutium debitarum transferatur.

Ea tamen differentia inter universalem, & particularem successorem notanda est, quòd actio merè personalis non transeat ad successorem singularem sine cessione nec contra eum. l. Quod saepe. 35. §. Si res. ff. de contrah. Empt. ibi: qui alienum rem vendiderit, cum is nullam vindicationem, aut conditionem habere possit, ob id ipsum damnandus est, quia si suam rem vendidisset, potuisset eas actiones ad emptorem transferre, & l. quædam. 9. §. Is autem ff. de Eadem. cum Concord. à Dyno citatis hic n. 7. Hinc expediti Juris est, quòd legatario, donatario, emptori, tanquam successori singulari non noceat mala fides legantis, donantis, aut vendentis, quin praescribere valeat. l. An vitium. 5. ff. de divers. tempor. praescrip. ibi: An vitium auctoris, vel donatoris, ejusque, qui mihi rem legavit mihi noceat; si forte auctor non iustum in initium possidendi non habuit, videndum est? Et puto, neque nocere, neque prodesse: nam denique & uti capere possum, quod auctor meus uti capere non potuit. Dum e contra mala fides noceat successori universali, seu heredi, ita, ut hic rem à defuncto mala fide possedam nullo modo praescribere valeat, prout cum communi alicui latè probavimus lib. II. Tit. 26. à n. 134. Item contra heredem, hereditario nomine conventum, etiam doli actio datur. Dynus hic. l. Hæredibus. 13. ff. de Dolo. ibi: Item adversus hæredes de dolo actio erit danda.

Resp. II. Verus sensus Regulae hic est: Qui in alterius dominium, vel jus sine universale, sive particulare succedit, eodem jure, quod ille alter habuit, activè & passivè uti potest, & debet, seu, eodem jure, quòd prior, in sui favore gaudet, idemque, contra se sustinere debet. Per Jura & rationes jam allegatas. Solum addendum est, Regulam non tantum de proximis, seu immediatis, sed etiam mediatis, & posterioribus hæredibus, tanquam successoribus procedere. Strein hic. num. 3. & ratio est; quia etiam heredis heres appellatione hæredis venit.

Declaratur Regula ulterius præter jam adducta adhuc aliis Juris exemplis; & quidem præcipue, quòd, sicut successor alterius, jure illius in sui favorem gaudet per dicta, sic jura contra illum, & exceptiones passivè sustinere, ac reales obligationes ejusdem praestare debet; si enim heres tam necessarius, quam extraneus solvere teneatur omnia debita defuncti, sive ex vero, sive quasi contracta, sive aliunde contracta; sic etiam poenas pecuniarias, ad quas defunctus damnatus fuit, solvere debet heres. l. Commissa. 14. ff. de Publican. & Vexigal.

Sic etiam successores in Regno & Principatu servare debent pacta & contractus antecessorum. arg. c. 1. de Probar. aliàs enim nemo esset, qui cum illis commercium habere vellet, quod in detrimentum ipsius

ius boni publici redanda et; uti post Baldum in l. Priiceps. ff. de Legibus. bene observat Strein hic num. 4.

11 Sic rarius successor potest conveniri vi scripti contra antecessorem impetrati. arg. c. Dilecti. 17. de Foro compe. & ibi conveniri potest & debet haeres, ubi conveniendus erat defunctus. l. Haeres absens. 19. pr. ff. de Judicis: ibi: Haeres absens ibi defunctus est, ubi defunctus, & conveniendus. Sic etiam laicus haeres Clerici, lite cum defuncto jam contestata, coram Judice Ecclesiastico convenitur, & e contra. Strein hic. cum communi DD. arg. l. Venditor. 29. ff. eod. quorum ratio est; quia haeres cum defuncto fictione Juris eadem censetur esse persona. Novell. 48. pr.

12 Porro defuncti jus activè & passivè ita haeredi adhaeret, ut etiam impediat ea, quae aliis eidem aliunde competunt; sic enim si mater bona paterna filii vendit, quamvis male agat, tamen si filius haeres matris esse velit, non potest sic vendita recuperare dicendo: ego haec vendita bona reperi, non ut haeres matris, sed ut bona mea à patre mihi relicta. l. Cum à Matre. 14. C. de Rei vindic. Sic etiam, si filius rem aliquam, paterno testamento alienari prohibitam extra familiam male vendat, non potest hujus venditis haeres alienationem revocare, dicendo, se in re alienata fuisse substitutum, consequenter eam à defuncto non potuisse alienari. l. Filiationis. 114. §. 15. ff. de Legat. I. & l. Vindicantem ff. de Evic.

13 Objici solet contra Regulam: Mors omnia solvit. Novell. 22. cap. 20. pr. Ergo Jura non transeunt ad haeredem. Sed Respond. hoc intelligendum esse de merè personalibus talibus, quae personae ita sunt propria, ut alteri convenire nequeant, indeque cum ipsa pereant: qualia sunt vota merè personalia, quae morte voventis omnia solvuntur, & extinguuntur, nec ad haeredes transeunt, uti cum communi aliorum diximus Lib. III. Tit. 34. de Voto & voti re- dempti. n. 4. Item quoad crimina, & poenam criminalem, ne ulterius progrediatur poena, quam delicta. l. Bancimus. 22. C. de Penis. ibi: Peccata igni sui veniant auctores, nec ulterius progrediatur metus, quam reperiatur delictum, nisi forsan ex delicto defuncti aliquod commodum ad haeredem pervenerit; circa hoc enim etiam haeres tenetur, & conveniri potest. l. In Haerem. 26. ff. de Dolo. Ne alieno scelere distur. l. un. C. ex Delictis defuncti. & l. Quod diximus. 16. §. 2. ff. quod met. caus. gest. ibi: Quod turpiter, vel scelere quasium est, ad compendium haereditis non debet pertinere. Secus est de realibus juribus, quae minime solvuntur morte, per dicta & probata haecenus.

14 Objicitur 2. Donator habet jus revocandi donationem ob ingrattitudinem donatarii, quod tamen jus non competit haeredi, textu expresso c. fin. de Donat. ibi: Propter ejus ingrattitudinem, in quem liberalitas est collata, donatoris persona de rigore juris ponit eum revocare: si forte in ipsum impius manus iniecerit, aut sibi atrociter injurias, seu grave verum juratum damnum, vel vitia periculum inferre praesumpserit; quod tamen ad donatoris, qui hoc tacuit, non extenditur successores. junctâ l. fin. C. de Revo-

cat. Donat. R. sp. cum Gloss. in cit. c. fin. §. Etenim. Jus revocandi donationem ideo non competere haeredi, quia donator tacendo, & non revocando, sicque moriendo praesumitur injuriam ingrato donatario remississe, forsan eo fine, ut & ipse facilius veniam impetret à Deo suorum peccatorum. Remittens autem jus suum nec ipse amplius illud revocare potest, multò minus haeres ipsius. can. quam periculosum. 8. ead. 7. q. 1. ibi: nec recipere id postmodum poterit, quod semel cessit. & l. Quarta. 14. §. 9. ff. de Adlit. Edict. ibi: Remittentibus enim actiones suas non est regressus dandus.

Objicitur 3. Marito illud privilegium competit, 15 ne conveniatur de restituenda dote ultra id, quod commodè potest, & tamen haeres illud totum restituere debet. l. Maritum. 12. ff. Soluti Matrim. ibi: Maritum in id, quod facere potest, condemnari, exploratum est: sed hoc haeredi non esse praestandum, ergo haeres non succedit in omne jus defuncti. Resp. Hoc esse privilegium merè personale mariti quia talis indeque sicut alia privilegia merè personalia cum persona extinguit. l. Quia tale. 13. ff. Soluti Matrim. ibi: Quia tale privilegium personale est, & cum persona extinguitur.

Queritur II. An. & quales Fallentias habeat 16 Regula XLVI? Resp. Quamvis Regula aliàs procedat in omnibus contractibus, tamen Fallit 1. in Mandato. l. Qui negotia. 34. §. 1. ff. Mandati. 2. in Contractu Societatis. l. Actione. 65. §. 9. ff. pro Socio. ibi: Morte unius Societas dissolvitur -- nec haeres socii succedit. 3. in Precario; licet enim precarium etiam ad haeredem illius, qui precario concessit, transeat; tamen non transit ad haeredem illius, qui precario rogat. l. Cum precario. 12. §. 1. ff. de Precario. ibi: Precario rogatio, & ad haeredem ejus, qui concessit, transit: ad haeredem autem ejus, qui precario rogavit, non transit; quia ipsi duntaxat, non etiam haeredi, concessa possessio est.

Fallit 4. in Donationibus inter virum, & uxorem; haec enim à donantibus revocari possunt, non item ab haeredibus ipsorum, sed confirmantur morte donantis. l. Cum hic status. 32. §. 2. ff. de Donation. inter virum & uxorem: nisi donans ante mortem poeniteat, & donationem revocet tacite vel expresse. c. l. Cum hic status. §. 4. ibi: Sed ubi semel donatorem pavituit, etiam haeredi revocandi potestatem tribuimus, si appareat, defunctum evidenter revocasse voluntatem. junctâ c. fin. eod. ibi: quae tamen penitus evanescit, si revocetur ab eorum vel expresse. Quando autem tacite revocata censetur donatio inter virum & mulierem, sufficienter declaratum habetur lib. IV. Tit. 20. de Donation. inter virum & uxorem. §. 1. à num. 21.

Fallit 5. & quidem universaliter in cunctis privilegiis merè personalibus, utpote quae ad successorem nunquam transeunt, sed cum persona extinguuntur, prout in similibus jam diximus supra nu. 15. Quia universaliter juxta l. In omnibus. 68. ff. de Reg. Jur. In omnibus casibus id observatur, ut ubi persona conditio locum facit beneficio, ibi deficiente ea, beneficium quoque deficiat. Concordat Regula 7. de Reg. Jur. in 6. Privilegium personale personam sequitur, & cum persona extinguitur.

REGULA XLVII.

Præsumitur ignorantia, ubi scientia non probatur.

S U M M A R I U M.

- 1 Regula unde?
2 Intelligenda est de sola ignorantia facti:

- 3 Et quidem alieni.
4 Ponitur verus sensus Regulae.
5 Declaratur exemplis: & seqq.
7 Papa per suas leges non censetur derogare statu-

Regula XLVII. Præsumitur Ignorantia, &c. 81

- 115 & consuetudinibus locorum, nisi exprimat.
8 Ubi præsumitur scientia, alligans ignorantiam, eam probare debet.
9 Potest probari triplici modo.
10 Fallit Regula in notoriis, & in iis, quae scire debemus ex officio.

Hæc Regula multum concordat cum Regula XIII. de Reg. Jur. in 6. Ignorantia facti, non Juris excusat. eamque ulterius d. clarat: & desumpta censetur ex iisdem legibus.

Queritur I. Quomodo hæc Regula intelligenda? Et quis verus illius sensus sit? Resp. I. Quamvis Regula ista generaliter loquatur, tamen de sola Ignorantia Facti, non Juris intelligenda venit, uti post Dynum bene observat Gloss. hic communiter recepta, quia eorum, quae Juris sunt, non ignorantia, sed scientia regulariter præsumitur, indeque ignorantia eorum non excusat, per dicta supra ad cit. Reg. 13. de Reg. Jur. in 6.

Immo non de quavis, sed de alieni duntaxat facti ignorantia intelligenda est; quia propria facti ignorare, nemo prudenter præsumitur, per dicta ad cit. Reg. 13. ubi etiam declaratum habetur, quid sit Ignorantia uti sic: & quid ignorantia Juris & facti, proprii & alieni.

Resp. II. Verus sensus Regulae hic est: Facti alieni Ignorantiam habere in d. dio quavis præsumitur, nisi probetur, eum tale scivisse. Ratio Regulae est, quia, uti jam supra ad Reg. 13. n. 10. dictum est, facta aliena ferè innumerata, ac diversa sunt, indeque etiam experientissimis, & prudentissimis facile latere, & fallere possunt, uti dicitur l. 2. ff. de Jur. & Facti Ignorant. consequenter stante dubio in iudiciis Ignorantia merito præsumitur, ita: ut onus probandi scientiam transeat in adversarium, qui, si eam non probet, hoc ipsò jam Ignorantia facti ex præsumptione, sufficienter probata, & ignorans pro excusato habetur, uti post Gloss. in l. 1. C. ad S. C. Macedon. bene docet Barb. hic n. 2.

Declaratur, & firmatur Regula exemplis Juris: Sic enim si quis in Clericum clericaliter non incedentem, indeque ex præsumptione ignorans, eum esse Clericum, manus violentas injicit, non excommunicatur, c. si vero. 4. de Sent. Excom. Sic etiam dominus ignorare præsumitur, servum suum militiæ nomen dedisse, indeque servi restitutionem petere potest l. super servis 6. C. qui militat. poss. Sic insuper tutor præsumitur ignorare, se tutorem esse constitutum, ac propterea pupillus adversarius probare tenetur, illum hoc scivisse. l. Hoc autem 6. ff. de Administratione, & Periculo Tutor. ibi: Hoc autem, quod cognovit tutor, pupillus probare debet.

Sic ulterius ignorare præsumitur pars litigans, sententiam definitivam contra se latam fuisse, ac propterea fatalia appellandi e non currunt, nisi à die notificatae sententiae, l. 1. §. fin. ff. quando appelland. ibi: si adversus absentem fuerit pronuntiatum, biduum, vel triduum, ex quo quis scit, computandum est, non ex quo pronuntiatum est.

Sic rursus Summi Pontifices, quia praesumuntur ignorare particulares consuetudines, & statuta locorum, tanquam quid facti alieni juxta Regulam, generalem derogare non censentur, nisi expriment, elegantia textu c. 1. de Constit. in 6. ibi: Licet Ro-

manus Pontifex (qui jura omnia in scripto peccatoris sui censetur habere) constitutionem condendo posteriorem, priorem, quamvis de ipsa mentionem non faciat, revocare noscatur; quia tamen locorum specialium, & personarum singularium consuetudines & statuta (cum sint facti, & in factis existant) potest probabiliter ignorare, istis, dum tamen sint rationabilia, per constitutionem à se noviter editam (nisi expresse caveatur in ipsa) non intelligitur in aliquo derogare.

Objicitur autem contra Regulam: Dantur multi casus, in quibus etiam facti alieni ignorantia non præsumitur, sed probari debet: sic enim c. fin. qui Matrim. accus. poss. disponitur, ne quis admittatur ad accusandum matrimonium in prævis denuntiationibus in facie Ecclesiae contractum, nisi juramentò affirmet, & probet, se impedimentum matrimonii prius ignorasse. Pariter non admittitur ad impugnandam electionem, pro qua votum dedit, etiam si dicat, se inhabilitatem electi antea ignorasse, nisi juramentò eadem ignorantiam probet c. Nulli 8. de Elect. in 6. ibi: de hujusmodi ignorantia filium faciat propriè juramentò v. cum Strein. hic, & aliis, hos & similes casus non obesse Regulae; quia hæc tantum dicit, in dubio præsumi ignorantiam facti, non autem ibi, ubi cessante dubio militat rationabilis præsumptio, & verificum contra allegantes ignorantiam facti alieni; in hujusmodi enim casibus allegans ignorantiam, eam probare tenetur. Et ideo, quia in præfatis Juris casibus talis præsumptio etiam habetur, allegans ignorantiam, eam probare merito adigitur. Loquendo enim de primo casu, merito suspectus est ille, & præsumitur contra illum, qui matrimonium prævis denuntiationibus in facie Ecclesiae contracti scivit, & tacuit, postea primum sub prætextu ignorantiae matrimonium accusare vult: sicut & ille, qui electionem etiam iudicis votò factam, pretextu prius ignoratæ inhabilitatis in electo impugnat; cum ipse de habilitate eligendi diligenter prius inquirere ex officio obligatus fuisset.

Porro in casibus, in quibus allegans ignorantiam, eam probare tenetur, ob præsumptionem sibi contrariam, potest eam probare triplici modo, uti bene hic advertit Vivian. & quidem primò, mediò juramentò, arg. cit. c. fin. qui Matrim. accus. & c. Nulli. 8. de Elect. in 6. Secundò, probando id, ex quo necessariò sequitur, te ignorasse, v. g. quia fuisti tunc furiosus, phreneticus, arg. c. Cum dilectus 3. de Success. ab intest. Tertio, probando id, ex quo non quidem necessariò, attamen verisimiliter sequitur, te ignorasse, puta, quia fuisti ab lens. Gloss. hic.

Queritur II. An. & quibus Fallentias subiecta sit Regula XLVII? Resp. Eam fallere 1. in iis, quae sunt publica, & notoria Vivianus hic cum communi aliorum; quia in his non ignorantia, sed scientia præsumitur, per Jura allegata supra ad Reg. 13. n. 19. Fallit 2. ob dictam rationem in iis, quae quis etiam in facto ex officio indagare, & scire tenetur, cum scire, & scire debere, ac facile posse æquiparentur, per Jura citata in memorata Reg. 13. n. 9. indeque facti ignorantia non excuset Pastorem juxta c. quamvis 10. de R. J. ibi. Non enim potest esse Pastor excusatio, si lupus oves comedit. & Pastor nescit. Fallit 3. ita, ut non tantum facti alieni juxta Regulam, sed etiam facti proprii præsumatur ignorantia in casu, de quo diximus ad sæpe cit. Reg. 13. n. 11.

REGULA XLVIII.

Locupletari non debet aliquis cum alterius injuria vel jactura.

Reiffenstuel Jus Can. Tom. VI.

L

S U M-